

3  
4  
5  
6  
7  
8





1702.

1. Carocius, Alexander: De teste singulari
2. Carol, Alexander: Programma, quo . . . ad Regulatorem in ang. . . . Henrici Christiani Schaefferi . . . jus Facultatis nomine . . . invitat.
3. Mascovius, Petrus: De praescriptione feudi.
4. Mascovius, Petrus: Programma, quo . . . ad in ang. Disputationem . . . a Petro Bernhardo Plesen pro summis in utroque jure honoribus . . . consequendis . . . habendam . . . invitat.
5. Mascovius, Petrus: De rerum permutatione.
6. Magerus, Joh. Frid.: Obumbrationem virtutis Albinii Luc. I. 35. ad Ductum oration. acad. Jo. Georgii Vorsthaei. . .
7. <sup>10</sup> Falckenius, Fr. Philipp: De merito reginae.
8. Schnack, Johannes: Disputatio Carolina de utilitate praesentiae principum in consilio Imperii Romano-Germanici.

1702

9<sup>te</sup> - Schack, Johann : De jure in Ratione Paganica

1705.

1. Gordenius, Henr. Christoph. : De majestate Caesa.
- 2<sup>te</sup> - Gordenius, Henr. Christoph. : De propinquoem in sponsa.  
Libus consensu necessario.
3. Gordenius, Henr. Christoph. : De praescriptione quae  
aeternis creditorum opponitur.
4. Mascovius, Petrus : De pollicitatione et voto
5. Puelkenius, Jo. Philippus : De Constitutione ady. Genio  
nobilitatis civitatis.
6. Schack, Johann : Disputatio Carolina sistens argumenta  
quaedam juris publici de Capitalationis Imp. Rom.  
Henr. ex suffragio omnium Imperii Seditionum  
concipienda ; et de ejus perpetuae forma.



1704.

1. Caroe, Georg Adolph: De filio-familias debitorum  
sive ejusdem obligatione in universum.
2. Guderius, Henning Christ: De impensis a creditore ante  
christico factis.
3. Mesorius, Petrus: Disputatio ordinaris exhibens.  
synopticam precarii tractationem
4. Palkenius, Johann Philippus: De deheredatione
5. Haegemans, August: De jure principis circa sacra.

1705

1. Caroe, Georg Adolph: De his, quae, a morte  
Caesaris, juris mortisve publici sunt
2. Caroe, Georg Adolph: De solutione a tortis facta
3. Guderius, Henning Christ: De usuris mutui ex usura.
4. Palkenius, J. Phil: De jure principis dispensandi  
circa leges praecipue penales. 2. Edit.

1708

5. Pechenius, Jo. Phil: De jure principis dispensandi  
circa leges praecipue penales.
6. Saalbach, Christianus: De libris veterum.
7. Schaefferus, Johannes: De commodis, ex pace  
Lysimachensium: in imperium Romanum. Germanicum  
revertentibus.



1739

223

J. S. J. P.

1702, 9a

De

M  
10

# JURE IN PLATEA PAGANICA,

vulgo

**Dorff-Strassen** **Berechtigkeit** /  
Disputationem Carolinam

3/2

die 18. Maji 1702.

Sub PRÆSIDIO

**JOHANNIS SCHACK,**

J. U. D. P. P. O. & Consistor. Regii

Asfesforis,

PUBLICE DEFENDET

**JOHANN WILHELM Reichel** /

Sedino - Pomeranus.

A 350

GYPHISWALDIE,

TPPIS DANIELIS BENJAMINIS **Starkens** /

REG. ACADEM. TYPOGRAPHI.









DISPUTATIO CAROLINA,  
De  
*Jure in Platea Paganica,*  
*vulgo,*  
Dorff-*Strassen* *Gerichtigkeit.*  
§. 1.



Um hæc materia a nemine hæctenus conscripta sit, non sine ratione acturus sum, prout in *Magn. Dn. Strykii Disp. de Feud. Pomer. p. 129.* occasio mihi data est, si eadem constituatur objectum discursus hujus, quem in hac Dissertatione, cum doctissimis meis opponentibus publice inibo. Enim vero, id imprimis, a quovis mihi & omnibus literatis favente, humanissime peto, ut si quædam nonprofunde docty & subtiliter dixerò; vel ex aliis notavero, mearum virium patientes sitis. Neq; Jus nostrum meretur vanis altercationibus aut rixis; multo minus verborum criticorum & ambiguum captationibus destinari; sed, quemadmodum justitia simplex & sine fuce est; Ita & doctrina de justitia; vel, quæ docet, quid in hoc vel illo casu justum sit, plana est & clara, nullumq; finem alium respicit, quam qui certo respectu, vel Reipubl. vel privatis utilis est. Alias multa scribuntur & addiscuntur in futuram oblivionem, & ut tempus teratur inaniter; cujus tamen ratio & DEO & Patriæ reddenda est. Quo spectant illæ legum triæ? ut videamur ex his nihil egisse. Interroges subtilem quendam Doctorem, quid velit sua interpretatione? nil aliud, quam ut ostendat, se regulas bonæ interpretationis sæpius ignorare, & quod interdum fateri necesse habeat, se non intelligere seipsum. Ego hos fucos fugio; hinc quæ plana & usui facilia sunt, ex bonis & probatis autoribus hac de materia haurire volui.

§. 2.

His præmissis ipsam rem statim aggredior. Et quidem titulus nostræ Disputationis inscribitur *de Jure in Platea Paganica, vulgo Dorff-Strassen Gerichtigkeit.* Vocabulum *Platea*, inconvenienter quidem huc tractum esse videtur, quia juxta *Calvinum* in suo Lexico Juridico *p.m. 680.* *platea* pro *via militari, Pratoria & consulari* accipitur,

A 350



pitur. Quod tamen sine distinctione cum *Calvino* non concedimus. Quia *Jacobus Gothofredus* ad l. 3. C. Theod. d. Curs. publ. curiose observavit, fuisse aliquam differentiam inter viam *militarem* & *consularem*. Quam tamen non tollet plateæ vocabulum. Militarem viam ait fuisse transversalem & obliquam sive *περὸς ὄδον*, exitumq; habuisse vel ad mare, vel in flumina publica. Sed *consularium*-viarum usum fuisse rectum, a civitate in civitatem insigniorem. Quamvis hodie promiscue *consulares* & *militares* viæ dicantur, quæ non sunt vicinales & private, *Ziegler*. *Disp. de Jur. viar. publ.* §. 4. Sed nobis hac vice non est differendi campus de viarum distinctionibus, hinc subsistimus in his paucis, quæ de militari & consulari via attigimus, & potius vocabulum *platea* hoc loco sumimus pro latiori quodam spatio, in medio plerumq; pagi, e regione *der Bauer-Höffe* porrectum, cui *Sapinus lini semen* inserunt, hinc melioris notæ & distinctionis ergo addidimus vocabulum *paganica*, quo urbanicam a *paganica* platea separemus. Nec in sensu juridico hic loquimur, quatenus *paganicum* opponitur *castrensi*. Quemadmodum Imperator Antoninus hoc vocabulum usurpat in *L. i. C. de restam. milit.* quando dicit, frater tuus miles, si te specialiter in bonis, quæ in *paganico* habebat, heredem fecerit, bona, quæ in castris reliquit, petere non potes.

§. 3.

Est itaq; *Jus* hoc in *platea paganica*, nihil aliud, quam usus a *Jurisdictione* separatus, competens *pagi Dominis*, in medio plerumque *pagi*, spatio longiori & latiori pro *quantitate mansorum*, ut vel *lini*; vel *frumenti semen*, pro utilitate sua isti inserant, nec *viæ vicini officiant*.

§. 4.

Quando in descriptione nostri *thematis*, vulgo *der Dorff-Strassen* *Gerechtigkeit*; *Jus* illud vocamus usum, tunc non intelligimus *servitutum* illam *personalem*, qua mediante re aliena utimur ad *quotidianum* & *necessarium* usum; sed potius *utilitatem* quandam, quæ nobis ex illo spatio longiori obveniri potest; vel *lini*; vel *frumenti* cujusdam *semen* isti inserendo. Quo ipso illam *hypothesein* excludimus, si quis in illo loco *arbores* plantari, *rustica* aut *urbana* prædia *perpetui* usus gratia *extrui* posse, asserere vellet. Est quidem *quilibet* rei suæ *moderator* ac *arbitrator*, & *Dominus* te sua *liberrime* uti potest, adeo, ut *legibus* illud *factum* *improbatum* sit, *ne liceat*  
*Domino*



*Domino libere re sua uti, cum nemo regulariter alteri super rei suae  
usu, legem dicere possit. Attamen hoc procedit, quatenus non  
prohibitus est usus; vel quatenus usus modicus est; vel quate-  
nus res ad certum aliquem usum non destinata videtur, vid. Bar-  
bosa axiom. p. m. 412. Jam vero illud latius pagi spatium, habe-  
tur potissimum pro illa re, quae ad lini; vel frumenti semen in-  
ferendum conducit, & destinatur; itaque in eam sententiam non  
descendere possumus, quia fortean probare volunt, posse etiam in pra-  
dicto spatio; vel rustica; vel urbana praedia exstrui, aut arbores per-  
petui usus gratia plantari. Nam (1) inde officeremus viis vicini,  
quae ex agris privatorum collatis constitui solent, & privatae dicuntur,  
non obstante, quod *Actus in l. 2. §. 27. ff. ne qu. in loc. publ. Sc.*  
& vicinales vias pro publicis habere, & sic nullam differentiam inter  
privatas & publicas statuere velit; ad quod namque dubium respon-  
demus, quod tum demum viae vicinales publicarum numero habeantur,  
quando illarum memoria non extat *l. 3. ff. de loc. Sc. itin. publ.*  
extra talem casum privatarum loco habentur. Itaque hoc iure in  
*platea paganica* sic debemus uti, ne jus alterius imprimis vicini laeda-  
tur, laederetur autem; vel aedificia extruendo; vel arbores perpetui usus  
gratia plantando. Est quidem aliquid mali propter vicinum malum,  
ut ait *Plautus in mercatore*; Sed *Jctis* ratione mali vicini, res dicitur  
minoris pretii *l. 35. in fin. ff. de contrab. emtion. Sc. ibique gloss.*  
(2) Non raro accidit, ut duo vel plures Domini in uno pago habi-  
tent, qui quidem de iure tot tantummodo particulas habent *von der  
Estrasse gegen ihre Bauer-Höffe*, quot sibi in isto pago vindicant  
mansos; sed facile hujus; vel illius Domini rustica praedia e regione  
sua impedimentum sentirent, si alter Dominorum permitteret, in  
isto pagi latiori spatio, vel arbores perpetui usus gratia plantari,  
vel aedificia exstrui. Sit quidem utilitas istius spatii communis omni-  
bus pagi Dominis; sed ita, ne alter praeter altero omnem utilitatem  
habeat. Nam, quando in descriptione nostri juris in *platea paga-  
nica*, mentionem facimus utilitatis cujusdam, non omnem utili-  
tatem existo loco, intelligimus, sed quandam, quatenus scilicet restricta  
est ad inferendum lini; vel frumenti cujusdam semen. Maxime  
autem priori modo laederemus rem communem; stant enim ejusmodi  
Domini in re quasi communi, scil. *ratione spatii praedicti paganici*. Et*



in re communi quod est, nostrum non est absolute. Nam in re communi plures unius vicem sustinent, & ejusdem juris censendi sunt. Vid. *Barbof. locuplet. p. m. 119. 120.*

§. 5.

Dicimus in descriptione nostri juris in platea paganica, quod illud consistat in usu á jurisdictione separato; id quod aliter considerari non potest. Sunt enim hæc diversa; *exercere jurisdictionem in platea paganica; & habere Jus in eadem; vel participare pro rata juris sui, de ejus usu.* Et sicuti alterius jurisdictionis usum rei meæ impedire nequit, ita rata meæ usus an *der Dorffs Straße* semper salvus manet, licet jurisdictionem in illo loco non habeam. Vid. *Dn. Stryck. Diss. de Feud. Pomer. pag. m. 129.* Nam separatorum ratio semper separata manet, quia natura separatorum aliquam diversitatem inducit; itaque cum de jure in platea paganica nostram Dissertationem instituímus, caute evitare necesse habemus, alterum illud separatum, scilicet jurisdictionem in platea, quam Titio nullo modo denegamus, licet Cajus tantummodo manfos quosdam habeat, & pro horum quantitate usum plateæ paganice sibi quoque vindicet. Sed, qualis jurisdictionis hoc casu Titio erit concedenda? Antequam ad hanc quæstionem respondeamus, præmittenda quædam sunt de *jurisdictione*, ut & de ejusdem *divisionibus*, quo eo distinctius deinde concludamus. Quamvis modernæ de jurisdictione controversiæ, non ex solo jure Romano componendæ sint, uti monet *Dn. Mev. Part. IV. Decis. CCXC.* nam in modernis divisionibus magna subest difficultas, vid. *Carpz. L. II. R. 49. n. 2.* Describitur autem *jurisdictio (1) quod sit publica potestas jus dicendi a Majestate indulta.* Ideo autem vocabulum *Majestatis* adjicimus, ut doceamus (quod vox jurisdictionis non attingat eminentiam majestatis, exinde recte *Dn. Stryck. in Us. mod. Pand. p. 177. Matth. Steph. & Tob. Paummeister*, notat, quod omnem Imperatoris potestatem vocabulo Jurisdictionis incluserint. Est enim Imperator fons & origo omnis jurisdictionis, a quo fluit & refluit, sicut flumen ad mare. Unde Imperatori, in Imp. nostro unusquisque, qui sibi jurisdictionem describit, eam tenetur acceptam ferre, *Dn. Ziegl. de Jur. Maj. Libr. I. C. 29. §. 11.* Et quilibet magistratus inferior *vel Principis concessione* opus habet, vel præscri-



præscriptione immemoriali, quæ per *C. super quibusdam, X. de V. S.* est instar privilegii; Sed hic statim suboritur dubium; An Nobilis ob quasi possessionem in exercitio jurisdictionis contra Principem manutenus sit? Quod exinde negamus, quia Jurisdictio est res, quæ sine titulo non potest quasi possideri. Vid. *Postius de maintenance Obs. 42. n. 39. Knich. de jur. territ. C. 5. n. 12. & seqq.* Et in casu ubi res de qua quaritur, sine titulo non potest possideri, sola possessio non sufficit, sed titulus edendus est. *arg. C. 7. de privit. in 6 to Vid. Brunnem. ad L. 11. C. de petit. hered.* Unde concludimus, quod nobilis in puncto præsentis jurisdictionis, possessorio summarissimo, contra Principem non possit agere, nisi possessionem titulata[m] vel ex concessione Principis; vel immemoriali præscriptione probet. Vid. *Dn. Stryck. alleg. loc. p. m. 203.* Sic laicos, qui decimas quasi possidet, non habet remedium retinendæ possessionis, nisi titulata[m] possessionem justificaverit. *Menoch. Rem. 3. retin. possess. n. 589.* Quod autem Nobilis jurisdictionem in uxorem, liberos & famulos habeat, affirmamus. Jure quidem *Civ. p. l. 10. ff. de Jurisd.* illi qui jurisdictioni præerat, interdicebatur, uxori vel liberis jus dicere; Sed, quando conceditur, quod per contractum vel delictum aliquis, tacite accedente legis auctoritate, alterius jurisdictioni subijci possit, nullum subest dubium, quin nobilis jure feudi jurisdictionem habens, eam exercere possit in uxorem, liberos & famulos delinquentes, & contrahentes: nec obstat, quod uxor per *l. 8. ff. de senat.* Sit socia dignitatis maritalis, & liberi per *l. 8. ff. eod.* ejusdem dignitatis participes sint; Siquidem reatus excludat omnem dignitatem; ubi non persona delinquentis; sed ipsum delictum inspicitur. Dixi a. supra, quod magistratus inferior; vel immemoriali præscriptione; vel Principis concessione opus habeat, si jurisdictione gaudere velit. Posteriori casu, dico, Principem privative illam concedere, si nobilem aliquem de jurisdictione investiat, quis in feudum concessa, quasi patrimonialis facta, & hinc a superiori impediti non potest. *Franzk. l. 1. resol. 18. n. 11.* Sic nec vasallo in exercitio jurisdictionis Dominus feudi obstat. *Carpz. P. 1. Const. 17. Def. 11. n. 2.* nam si aliter sentiremus, superior circa primam instantiam concurreret, & tolleretur beneficium primæ hujus instantiæ. Sed illud fatendum est, quod jurisdictio a Principe concessa, ejus jurisdictioni superiori subordinata sit, quo per modum appellationis, vel querelæ ad super-

A 350



ad superiorem pateat recursus, & iniquitas judicis inferioris emendetur. Vid. *Coler. de proc. executiv. P. 2. C. 1. n. 153. Ziegl. de Jur. Maj. L. I. Cap. 29. S. 17.* Nunc progrediar ad quasdam Jurisdictionis divisiones, & (I.) dividitur in Civilem & criminalem. Illa & bassa dicitur & inferior, & mixtum imperium vid. *Dn. Stryck, d. l. p. m. 178. Esseq.* quo pertinent cognitiones in causis civilibus, nicht aber das Jus mulctandi & puniendi, nisi quatenus hoc necessarium est ad coercendos contumaces & ad juris civilis tuitionem; quia sine coercionem nulla est jurisdictio. *l. fin. ff. de off. ejus, cui mand. est jurisd. vid. Struv. S. 7. C. tit. de Jurisd. th. 77.* Ab hac jurisdictione civili sive mixto imperio differt jurisdictio simplex, quæ in nuda causæ cognitione consistit, & in *l. 3. ff. de Jurisd. mixto imperio* contra distinguitur, quod contumacium coercionem quoque habet. Disputant hic Ddres, An talis simplex jurisdictio dari possit, cum per *d. l. fin.* nulla sit jurisdictio sine coercionem; Sed respondemus, quod praxis ad abuade prober. e. gr. quando dicasterium aliquod certis personis causam nude cognoscendam committit, tunc hi Commissarii habent jurisdictionem simplicem. Deinde hæc civilis jurisdictio subdividitur in *voluntariam & contentiosam.* Illa in *volentes* exercetur, sed hæc in *invitos.* Et pariter quoad civilem jurisdictionem dicendum quoque est, quod quæ olim erant extraordinariæ jurisdictionis, vel specialiter concedi solebant, hodie vi jurisdictionis ordinariæ competant. Exemplum habemus in datione tutoris, quæ erat jurisdictionis extraordinariæ *l. 6. §. 2. ff. de tutel.* sed hodie unusquisque iudex pupillis sub sua jurisdictione constitutus tutorem dare potest. Vid. *Reform. polit. de Anno 1577. tit. 32. Matth. Steph. de Jurisd. L. I. C. IV. n. 73.* Quod autem criminalem jurisdictionem attinet, quæ & superior dicitur, illa est potestas de quibusvis criminibus cognoscendi, eaque puniendi: cujus signum est *gallina fumosa*, das *Nauch-Hühn.* Nam, quemadmodum hæc in altum se elevat, & ibi requiescit, ita ejus præstatio altitudinem juris sive merum imperium denotat. *Brunnem. Contr. 4. Dec. 24. Pruckm. Vol. I. Conf. 21. n. 83.* quod merum imperium a mixto in eo differt, quia illud principaliter intendit animadversionem in delinquentes, & ut vindictæ publicæ subiciantur; Sed hoc se tantummodo exerit contra contumaces & ad judicati executionem. Deinde hoc merum imperium confunditur cum jurisdictione criminali,



nali, & ex eamente *Strauchii Dissert. 20. ad Jus privat. ibes. 7.* non datur jurisdictio criminalis a mero imperio distincta, nisi moribus ab alio sit executio facienda; quod fieri posse, concedimus, quia datur jurisdictio criminalis sine executione, nimirum ita, ut alius quidem judicet, alius de condemnato capitis supplicium sumat. Vid. *Do. Stryckius d. l. p. m. 181.* Sed dixi, quod Jurisdictio criminalis, ex mente *Strauchii a mero imperio* non distingatur; id quod videtur ob stare *l. 3. ff. de juris d.* ubi meri imperii proprium est, animadvertere in facinorosos; sed respondemus, quod eo sensu, quando scilicet merum imperium a jurisdictione criminali plane separare volumus, sequatur, quod jure Romano, ab habente merum imperium, gladii potestas barbaro ritu exercita fuerit, sine ulla causa cognitione.

(II) Dividitur jurisdictio in propriam & impropiam. Hæc vel *mandata* vel *prorogata* est. De prorogata jurisdictione disputant *Dd. an obtineat?* Et tam negantium, quam affirmantium Sententias hic prolixè proferre possumus; sed distingvimus inter *prorogationem legalem & conventionalem.* Illa fit per *reconventionem*, de cujus observantia nemo dubitat; Sed de hac disputatur. Nihilominus affirmantium sententiæ magis conducunt; alias fori renunciatio esset sine effectu, quæ tamen vim prorogationis habere dicitur. *Mev. Part. 1. Dec. 242. n. 6.* & alibi *Mev. Part. 3. Dec. 219. n. 3.* decidit, quod invito iudice ordinario prorogatio fieri possit. Aliud est, si quis in totum se jurisdictioni ordinariæ eximere, & alteri subjicere velit. Et potest Princeps lege tota constringere subditos, ne impo-sterum extra territorium se conveniant. Sic quoq; clericis prorogatio jurisdictionis per *C. 12. X. de for. Comp.* interdicta est, cujus capituli argumento & Magistratus Academicus impedire potest, quominus Studiosi se submittant jurisdictioni oppidanæ, cui nec per reconventionem subjiciuntur. e. gr. Si studiosus civem coram magistratu oppidano conveniat, eundem studiosum civis coram eodem magistratu reconvenire non potest, & quidem ob generalem *Aurb. Habita C. ne filius pro patre &c.* conclusionem; idq; in praxi obtinere adstruit *Richter. in Diss. ad dict. aurb.* vid. *Coch. pr. for. Germ. p. m. 78.* De mandata jurisdictione hac vice nihil aliud quærimus, quam; an liceat Nobili, qui criminalem exercet, eandem alteri mandare? quod negamus per *l. 1. pr. & S. 1. ff. de off. ej. cui mand. est juris d. l. 6. in pr.*

ff. de off.



*ff. de off. Procons.* nisi ob iustam & necessariam absentiam, *l. i. pr. ff. de off. ej. cui mand. est. iurisd.* vel adversam valetudinem, *arg. d. l. i. ff. de off. ej. Sc.* vid. *Artic. 2. O. C. Carol. V.* (III) Dividitur Jurisdictio in *personalem & patrimoniale*. Hæc juri Romano penitus incognita. Vid. *Rosenthal. de. feud. C. 6. Concl. 85. n. 10. Reink. de Reg. S. & E. L. i. Class. 5. C. 1. n. 18.* secundum quod omnis jurisdictio personalis est. Eo ipso tamen asserendum non est, quod hodie personalis jurisdictio, jure magistratus competens, non detur. Nam Rectores Academiae, & Consules civitatum talem jurisditionem habent. Sed jurisdictio patrimonialis illa est, quæ feudo coheret, & tam ad successores singulares, quam universales transit, vid. *Dn. Strycius d. l. p. m. 190.* quod & in jurisditione criminalis obtinet. Vid. *Mev. Part. 1. Dec. 45. Gail. L. 2. Obs. 62. n. 9. (IV)* Dividitur jurisdictio in *Universalem & particularem*; illam adscribimus Titio, de quo sub initium hujus §. quaestionem instituimus. Nam ille Nobilis, dem die *Strassen-Gerichte* zukommen, habet hanc jurisditionem universalem, in omnibus pagi locis, etiam publicis. Inde apud *Dn. Stryck. alleg. loc. p. m. 192.* legimus, quod Nobilis vi hujus jurisditionis universalis, & punit illos, qui in cœmeteriis, vel ædibus ecclesiasticis deliquerunt. Ratio hæc est, quia locus delinquenti non facit privilegium, & reatus omne privilegium excludit. (Quamvis Consistoria Ecclesiastica delictorum in cœmeteriis, vel ædibus Ecclesiasticis commissorum, sibi potissimum vindicent cognitionem & coercionem Ecclesiasticam tantum.) Ab hac universali distingvimus quoque *particularem illam*; qualis est *jurisdictio circumscripta*. Nec intelligimus hic illam universalem, quæ Imperatori in Imperio, vel Principi in territorio jure superioritatis competit. (V) Dividitur Jurisdictio in *secularem & ecclesiasticam*, de illa jam satis dictum est, de hac monendum, quod quatenus Episcopus vindicatur, jure Codicis ignota fuerit, *cor. tit. C. de. Episcop. aud.* Nec obstat vox *discretas* in *Nov. 120.* ubi jurisditionem Episcopis volunt esse concessam. Siquidem *Cujacius* prædictam vocem in *par. tit. C. de Episcop. aud. promotione* explicet, & *l. 8. C. d. t. restrin-*gitur ad Episcoporum sententias inter laicos se sponte submittentem, nec non *Nov. 83. 123. c. 21.* disponunt, de Episcoporum executione quoad Clericos. Sed crevit hæc potestas sub Imperatoribus Germanis,



manis, & remanſit apud Pontificios, ſed apud E. angelicos per reli-  
gioſam pacificationem de Anno 1552. ſuſpenta eſt, & per pacificationem  
Oſnabr. de Anno 1648. Art. 5. §. 48. jure ſuperioritatis ad Dominos  
territoriorum rediit, & per Conſultoria exercetur. Hinc Evange-  
licis jurisdictio Conſultoria & Eccleſiaſtica pro eadem capitur.  
Carpzov. *Juriſpr. Eccleſ. L. 3. deſ. 1.* Nunc respondebimus ad qua-  
ſtionem ſub initium hujus §. propositam. Qvalis ſcil. jurisdictio  
Titio nobili, cui jurisdictio in illo pago conceſſa, ubi alter jus tantum  
in platea paganica habet, intelligenda ſit? Nimirum & Civilis &  
Criminalis. De Civili nullum eſt dubium. Sed quando in literis  
inveſtiturae jurisdictio generaliter conceditur, tunc Dd. quidem in  
affirmantium & negantium ſectas abeunt, ita ut vix conſtare poſſit,  
quorum opinio ſit juſtior; Sed nos ſeparabimus caſus. Aut enim  
jurisdictio criminalis jam antea feudo cohaeſit; aut non. Priori  
caſu ſimplex conceſſio feudi mit denen Gerichten / involvit crimi-  
nalem jurisditionem, quia jura rei inhærentia & ſucceſſori conceſſa  
conſentur. Poſteriori caſu tum demum merum imperium ſubin-  
telligetur, quando feudum cum omnimoda jurisditione conceſſum  
eſt. Vid. *Matth. Steph. de Jurisd. L. 1. C. 38. n. 11. Brunneſmann,*  
*ad l. 3. ff. de jurisd. n. 3.*

§. 6.

Jus hoc in platea paganica, quod in priori §. a jurisditione ſe-  
paratum eſſe diximus, non poteſt competere ruſticis ipſius pagi, de  
cujus platea noſter diſcurſus eſt; hinc in deſcriptione prædicti juris  
ſtatuiſſimus, quod ſit uſus non ruſticis; ſed ipſis pagi dominis compe-  
tens, ita tamen, ut quilibet ſpatium plateæ e regione ſeiner Baur-  
Höſe occupet, alterum in ipſius loco non turbet. Et ſi fortean alter  
dominorum, tertio eſſidam ſeinen Baur-Höſſ hypothecæ loco dede-  
ſet, ut ab illo detineretur, hic creditor ratione des Baur-Höſſes / non  
poteſt prætere JUS in platea paganica; ſed id dominis ſalvum  
manet, ita tamen, ne vicinali viæ inde officiat. Ratio autem, cur  
ruſtici vel ſubditi non participare poſſint, de hujus plateæ Jure, hæc  
facile dari poteſt, quia hi ipſi ſunt pars fundi per l. 22. in ſin. C. de agric.  
& cenſ. & fundo tanquam membrum affixi per l. 23. pr. C. eod. quando  
autem hi domini de platea paganica, ejuſque uſu participare dicun-  
tur, tunc habent hoc jus pro quantitate manſorum; quot enim quis  
manſos

A 350



mansos habeat, tot sibi vindicabit particulas de hac platea, nisi inter ipsos dominos aliter conventum fuerit; ex qua conventionem privatorum pacta legem accipiunt, l. 7. §. 6. ff. de pact. quæ non solos pacificentes, sed & eorum successores concernit, nam pacta sua natura sunt realia, scilicet respectu transmissionis, l. 52. §. 1. ff. de pact. l. 9. ff. de probation. non obligationis. Vid. l. 27. §. 1. ff. de pact.

§. 7.

Quando itaque vel pro quantitate mansorum; vel ex speciali quadam conventionem domini certi alicujus pagi, ita de usu hujus plateæ paganicæ participant, possunt eidem vel lini; vel frumenti cuiusdam semen inferere. Sed, quando linum his verbis a frumento separamus, merito dubium incidit, *Anne linum sub frumento contineatur; vel quoque frumentum sit?* Ad id respondemus negando. Distingvere enim debemus inter fruges, quæ ex semine & quæ sine semine proveniunt; Hujus generis fruges sunt vicia, flosa, fructus cretiefodinarum, argenti auriq; fodinarum, sylvarum cæduarum; prioris generis frumentum & legumen ad frumentum referunt triticum, hordeum, avenam milium & panicum (ad controversiam illam quam Ddres ad *Liservas servum*, §. sed etsi quis milium. ff. ad L. Aquil. de milio faciunt, jam respondit *Gædd. de V. §. p. m. 707. n. 3.*) Ad legamina referunt fabas lupinum, facientem, ervum cicer, linum, *Gædd. d. l.* Ergo ex mente *Goedd.* linum non est frumentum; sed legumen. Quemadmodum autem lupinum & fabam inter frumenta quandoq; habent, ita & linum habere possunt, *Gædd. de V. §. p. 709. n. 6.*

§. 8.

In prioribus §his Jus hoc in platea paganica, s. participationem de sejus usu, subditis plane denegavimus; sed quid si ex consuetudine illud prætenderent? sæpius enim audimus, rusticos dicere solere: *Es wäre so die alte Gewohnheit, daß sie vor ihre Höfe wol Fonten auff der Strassen Lein säen.* Ast de hac consuetudine distinguendum est. Communiter illam describunt, quod sit jus usu introductum; sed tatio summa potestatis consensu approbatum. De ultimis verbis hujus descriptionis disputat *Habn. ad Wesenbec. Lib. 1. tit 3. pag. m. 84. Utrum se. ad introducendam consuetudinem potentia Principis requiratur; An vero sufficiat ipsum non contradicere?* Et tandem semotis sibi contrariis rationibus in negativam descendit ex fundamentis



mento *Cap. I. de Constitut. in oro.* Et sic concludit ex hoc Capitulo, quod Consuetudo Principi ignota provalida habeatur. Nec minus pro sua negativa adducit *Cap. fin. X. de Consuet.* ibique verb. *legitime quaesita*, & talem format conclusionem, quod consuetudo tempore diuturno formata, Principis quoque respectu formata dicatur; vel non defuisse ejus consensum inde evincatur. Verum *B. Dn. Habn. d. l. p. m. 81.* ipsemet suam hypothesin limitat, quando dicit falsum esse, quod plerique contendant in statu populari proprie consuetudinem fieri, hinc distinguit inter *Rempublicam supremam & inferiorem.* Priori casu quando respublica suprema & libera est, tacitus Principis consensus non requiritur, sed bene posteriori casu, imprimis si consuetudo per totam observetur provinciam. Nam de locali consuetudine, quæ hujus loci est, & quando subditi alicujus pagi illam allegant, aliter sentiendum, nimirum sufficere ibidem, si ejusmodi jus usu & tacita Domini subditorum approbatione introductum & postea in applicatione probatum sit. Sed quia ad omnem Consuetudinem, si usu introducta & tacite approbata dicenda sit, actus quidam & temporis quædam diuturnitas requiritur. Inquirendum (1) est, quot & quales actus desiderentur. In legibus Romanis nulla certitudo est quantitatis & qualitatis horum actuum. Evolvamus *L. 1. §. 2. C. que long. Consu.* nihil ibi disponitur, an duo, tres, vel quatuor actus sufficiant, neque an judiciales vel extrajudiciales sint; sed Præses provincie monetur statuere, quæ in eodem genere controversiarum frequenter in oppido observata sunt. Ergo actuum frequentiam inde quidem dicimus; sed non definitam eorundem quantitatem; Hinc recurrendum est ad Doctorum interpretationem, inter quos *Habn. ad Wesenb. d. l. p. m. 87.* duos ad minimum sufficere arbitratur, si frequentiores haberi nequeant, & in hunc finem allegat *Gail. Libr. 2. Obs. 31. n. 7.* Ejusdem sententiæ fautor quoque est *Sebilverus*, qui *Ex. 2. th. 16. in fin. p. m. 51.* dicit, quod duobus actibus probatis, consuetudo de jure introducta intelligatur. Fundamentum sui asserti petit (1) a Mathematicis, qui numerum binarium vocabulo multitudinis comprehendunt, (2) ex *L. 12. ff. de test. ubi J. Cris. Ulpianus dicit: Pluralis locutio duorum numero contenta est.* Utrum autem actus illi judiciales vel extrajudiciales sint ex mente *Dn. Habn. d. l.* nihil interest. Vid. *Scriv. Exerc. 2. th. 20.* consentientem. Quamvis in probanda

A 390



consuetudine actus *judiciales* magis proficui sint. Sic, quando Dd. joquntur, quod ad probandam consuetudinem sufficienter actus extrajudiciales, accedente prescriptione, tunc statim limitatur hæc regula in actu *judiciali*, per quem consuetudo in *judicio contradictorio* fuit obtenta, vid. *Schilter. Exer. 2. tb. 21. 22. p. m. 53. 55.* Eo quoque respicit *Hahn. d. l.* quando dicit: *Si enim sententia judicis haberi potest, nulla alia probatione opus est, cum fortius probent, quæ in iudicio, quam quæ extra id gesta sunt.* Imo & *Schilterus alleg. loc. p. 54.* actui *judiciali* per quem consuetudo in *judicio contradictorio* obtinetur, releuationem ab onere probandi per testes tribuit; & quoad temporis diuturnitatem hoc tantammodo adjicit, quod consuetudo in *judicio contradictorio* obtenta, si cum lege scripta, aut ejus ratione pugnet, præter actum *judicalem* & tempore vel *annali*; vel *tricennali* gaudeat. Tandem de actibus notandum, quod unicus actus, etsi *permanens* sit, ad consuetudinem introducendam non sufficiat. *Schilt. d. l. p. 40. 51.* Quemadmodum autem de actuum quantitate & qualitate in legibus Romanis nihil expresse legimus quoad consuetudinem introducendam, ita & de temporis diuturnitate nihil definitum est; hinc cum *Hahn. d. l.* temporis determinationem prudenti *judicis* arbitrio relinquimus, ita, ut in rebus majoris momenti, majus tempus, in rebus autem minoris momenti, brevius tempus statuatur. Quod autem tempus quoddam requiratur ad consuetudinem introducendam, probatur ex *Cap. fin. X. de Consuet.* in verb. *legitime prescripta*; quia talis prescriptio sine tempore non procedit; nec possem scribere tacitam Principis approbationem accessisse, nisi tempus quoddam intervenisset, ex quo mihi Principis voluntatem tacitam colligere licet. Sed de temporis diuturnitate, an sc. X. vel XX. vel XXX. anni requirantur, nil certi constat, quia de causa ex *L. 1. §. 2. ff. de Jur. de liber.* concludimus, quod temporis arbitrium in *ius dicentis* potestate sit, quando *Prætor* quidem tempus adjicit, sed non ipsum diem. *Menochius* prudenti *judicis* arbitrio, hanc de actuum frequentia & temporis diuturnitate questionem, *Lib. 11. de arb. Jud. Quæst. Cas. 88. n. 6.* commendat. Sed; quia interdum illud arbitrium *varium* incertum & affectibus obnoxium est, ut idem reguletur ad prescriptionis regulas, solide commentatur *Schilter. d. l. p. 52.* Ante omnia porro ad consuetudinem introducendam requiritur



ritur ut illa sit rationabilis. Quapropter quæ juri naturali contraria-  
tur, ex mente Pontificis Gregorii IX. est irrationabilis, quia in *Cap. fin.  
X. de Consuet.* ita loquitur. *Nemo sana mentis intelligit, naturali jurè  
ex quacunque consuetudine posse aliquatenus derogari, neque juri posi-  
tivo consuetudo irrationabilis præjudicium generat, d. Cap.* Multo  
magis illa consuetudo pro irrationabili habenda, quæ juri divino  
refragatur; qualis foret, si per consuetudinem quandam nobiles  
pœna homicidii sese eximere vellent. Isocrates suos Thebanos  
reprehendit, quod suæ civitatis decreta legibus divinis ante habu-  
issent. *Grœc. d. J. B. & P. L. 2. C. 16. n. 3.* His ita præcognitis facile  
responderi potest ad illam quæstionem: *An rustici in pago alicujus  
nobilis participare possint de jure in platea paganica ex consuetudine  
locali?* Si enim ex debita actuum frequentia, temporis diuturnitate  
& tacito domini sui consensu profuixit, & postea in specie, scilicet  
quod in eodem casu antea obtinuerit, proberur, qualem probatio-  
nem in consuetudine juri communi derogante desiderat Perez, *ad tit.  
C. de indiction. n. 6.* nullum subest dubium, quin per consuetudi-  
nem ita introductam & probatam participare possint de jure in pla-  
tea paganica.

§. 9.

Interdum, quando rustici in cetero aliquo pago Jus hoc in platea  
paganica per consuetudinem localem defendere nequeunt, refugiunt  
ad *prescriptionem*. Est autem hæc *prescriptio* vel longi, vel longis-  
simi; vel immemoralis temporis. In *l. 3. ff. de usurpar. & usucap.*  
describitur, quod sit adjectio domini per continuationem possessio-  
nis temporis lege definiti. Et hæc descriptio ex mente *Dr. Hahnii*  
*ad Wesenb. L. 41. tit. 3. p. m. 513.* extenditur quoque ad longissimi &  
*immemoralis temporis prescriptionem*. Et porro *eod. loco* putat *Hahn.*  
quod *prescriptio* rectius dicatur *acquisitio*, quam *adjectio domini*;  
quamvis enim lege dominium adjiciatur, illud tamen non simpliciter  
& immediate fit, d. per possessionem. Deinde differebant ante *Impe-  
ratorem Justinianum* usucapio & longi temporis *prescriptio*, & qui-  
dem rebus, tempore, & effectu. Nam usucapio obtinebat in solis tan-  
tum Italicis, ita ut mobiles uno anno, immobiles biennio usucape-  
rentur; *l. in. C. de Usucap. transform. &c.* & tribuebat dominium; sed  
*prescriptio* longi temporis erat rerum in provinciis sitarum & tribue-  
bat



bat exceptionem, decemque vel viginti annis terminabatur. Vid. *Struv. S. J. C. Exerc. 47, tb. 5. Hahn. ad Wesenb. L. 41. t. 3.* Verum hanc differentiam ratione objecti Imperator Justinianus plane in *d. l. unic.* sustulit, sed effectum sc. acquisitionem dominii attribuit longi temporis prescriptioni, & tempus prescriptionis longi temporis applicavit usucapioni quoad res immobiles, ut sic hujus prescriptionis naturam in usucapionem transformaverit. *d. l. unic. Struv. & Hahn. d. l.* Hæc usucapio vel præscriptio longi temporis, dicitur plerumq; modus acquirendi dominii civilis, rationem adducit *Wesenb. ex l. 28. ff. de V. S.* quod alienare videatur, qui usucapi patitur; sed distinguimus in usucapionem *absolute*, & *relative* ad Rempubl. Romanam consideratam. Priori casu usucapio quoque juris gentium esse dicitur. Hinc *Hahn. d. l.* ejus usum apud Græcos vindicat ex *Platone*; *Lib. XII, de legib.* apud Hebræos ex *Lev. XXV. 29.* Et ex *Grot. de J. B. & P. L. 2. C. 3. §. 1. in fin.* satis elucet, quod usucapio *absolute* considerata sit juris gentium. Ostendere n. voluit *Grot. d. l.* eam rationem, quæ inter alias movit Legum Civilium conditores, ut usucapionem decernerent, movisse etiam gentes diversas, sc. ut tandem litium & discordiarum finis esset, & ne rerum dominia in incerto essent. Quando autem usucapionem *relative* ad Rempubl. Romanam consideramus, tunc dicitur modus Civilis acquirendi Dominium; quia a Romanis non modo recepta, sed multifariam quoque informata est. Neque juri divino aut naturali refragatur usucapio. Prius docet allegatus textus *Lev. XXV. 29.* Posterius inde satis probatur, quod & juris naturalis interfit, ut publicum promoveatur; hoc enim eo casu accidit, quando rerum Dominia per usucapionem non sunt incerta. Nec obstat *l. 26. ff. de R. I.* ubi dicitur, quod nemo debeat eum alterius damno locupletari. Nam statim respondetur, quod ille nullum damnum sentiat, qui sua culpa illud sentit. *l. 203. ff. de R. I.* Et hæc privata jactura ex negligentia bono publico satis compensatur, quinimo & in conscientia foro obligat Lex statuta de prescriptionibus, quia ob bonum publicum justa est, vid. *Hahn. d. l. p. m. 59.* qui & porro statuit, quod orta late ab imperatoribus Romanis, & hodie recepta a Germanis, etiam in conscientia obligent, & servanda sint, licet quandoque videantur a jure naturali recedere. Nec obstat *proem. in Nov. 9.* ubi usucapio  
impium



impium præsidium dicitur. Volunt enim, constitutionem hanc in  
græco textu non reperiri, & sic pro spuria haberi, vid. *Duaren. in  
Comm. ad tit. de Usucap. Cap. 1.* vel eatenus dici potest impium præ-  
sidium, quatenus solus temporis lapsus sine justo titulo aut respectu  
ad bonum publicum spectatur. Tandem & illud in examen vocan-  
dum est; *An constitutio juris Civilis, quæ in usucapionibus ab initio  
duntaxat bonam fidem requirit, naturali æquitati adversetur, & an hæc  
doctrina juris civilis sit deterior constitutione Canonica?* Utrumque  
negat celeberr. *J. C. Dn. Coccejus in Disp. de Finibus Bon. fid. in præ-  
scrip. de Jur. Canon. hab. Francof. Anno 1694. die 5. Maji,* & qui-  
dem in allegata *Disput. Sect. 1. §. 6. & 7.* ubi summo Magistratui salva  
justitia naturali licere dicit, talem legem inter cives suos sancire, qualis  
in usucapionibus bonam fidem ab initio requirit, quia & alias Prin-  
cipi naturaliter licet privatis jus suum ex duabus causis auferre sc.  
in poenam delicti & ob necessitates reipubl. quarum cum alterutra  
sufficiat, hic utraq; concurrat, sc. poena negligentiae & utilitas publica,  
quæ ex dominorum securitate, civium quiete, & litium amputa-  
tione propullat. Quinimo *Dn. Coccejus in alleg. Disp. §. 8.* instare  
pergit. Si lex constituta sit, ut qui rem suam privata autoritate  
repetit, dominium perdat, quemadmodum in *l. extat. 13. ff. quod  
met. caus. §. l. 7. C. unde vi.* nec distingvatur; an possessor sciverit  
rem ejus, qui repetit, an ignoraverit, cur non a Principe ejusmodi  
lex fieri potest, quæ in usucapionibus tantummodo bonam fidem ab  
initio desiderat? Sed dubium movetur ex *l. 13. §. 9. ff. de damn.  
infect.* ubi non sufficit, illum qui actionem ex edicto de damno infecto  
contra vicinum instituit, ædes bona fide possidisse; sed & eo tempore  
cum agit, nesciat, ædes alienas esse. Aliud dubium est in *l. 7.  
§. ult. ff. de publ. in rem act.* quando sc. Publiciana acturus, cum  
agit, bonæ quoque fidei possessor esse debet; respondemus, quod  
hæc cum facto possessoris procedant, quæ etiam medio tempore cum  
fiunt, bonam fidem requirunt vid. *Dn. Coccej. in alleg. Disput. §. 84.  
Sect. 1.* sic qui bona fide, & justo titulo rem accepit, sed postea rescit  
illam alienam esse, fructus medio tempore suos non facit, cum  
illos tantum ex perceptione acquirat *l. 48. §. 1. ff. de A. R. D.* in  
qua semper bona fides requiritur, quia perceptio facti est. *Dn. Coccej.  
d. l. §. 14. 15.* At in usucapione id secus est, ubi factum possessoris

saltem



saltem ab initio spectatur; hinc statim ab initio una cum facto possessoris bona fides adesse debet; sed in reliquo tempore usucapionis sola lex operatur, ita ut non facto hominis; sed potestate juris illud medium tempus perficitur. *Dn. Coccej. d. l. §. 15.* Sed quicquid sit, hodie Jus Canonicum quod per *Cap. fin. X. de prescrip.* in omni prescriptione bonam fidem requirit, usa receptum esse constat, neque ideo hæc disputamus, ut in dubium illud vocare velimus; sed ut appareat tantummodo, Jus civile omni labe carere, & optimam rationem quando in *l. fin. C. de prescrip. long. temp. & in l. un. C. de usucap. transform.* statuatur, quod bona fides in usucapionibus solum ab initio requiratur. Nam de justo titulo & tempore legitimo, sc. inter presentes de decennio, & inter absentes de vicennio jure Civili nullum est dubium. Vid. *d. l. fin. & d. l. unic.* His ita præmissis concludimus, quod aliquis per usucapionem s. longi temporis prescriptionem, si ex justo titulo & bona fide per tempus lege definitum procedat, vere & proprie dominium tam incorporalium, quam corporalium rerum acquirere possit. Vid. *Struv. S. J. C. Exerc. 43. & alleg. ab eo l. un. C. de Usucap. transform. & l. fin. C. de prescrip. longi temp.* Vid. & idem *Struv. Exerc. 17. ib. 39. Ex. 41. r. 57.* De dominio rerum incorporalium dubitat *Hahn. ad Wesembec. Lib. 41. tit. 1. pag. m. 485. sequ.* qui ibidem ex multis rationibus probare nititur, quod rerum tantum corporalium dominium detur; sed se ipsum correxit in animadv. ad *Dissert. Subolt. 6. Aph. 1. & 2.* ubi etiam explicavit, quomodo verum sit, quod in rebus incorporalibus acquiratur dominium *Dn. Hahn. d. l. p. m. 521.* Si itaque ex mente *Dn. Struvii*, & ex traditis ibidem allegatarum legum, res incorporales, utpote jura usucapi & prescribi possint, nullum subest dubium, quia subditi ex certo quodam pago Jus hoc in platea paganica, nemlich die Oerechtigkeit auff der Dorff-  
Straffen kein zu säen / per eandem hanc usucapionem, s. longi temporis prescriptionem sibi acquirere possint, modo talis prescriptio ex justo titulo, bona fide, & vera Civili possessione per tempus lege definitum procedat; quamvis & in hac prescriptione longi temporis bona fides præsumatur vid. *Schiller Ex. 45. §. 57. p. m. 204. Carpz. L. 1. R. 33.* sed, si interrupta fuerit prescriptio, nihil prodest prescribentibus. Est autem interruptio vel Naturalis vel Civilis, Naturalis est, quando quis ipsam possessionem amittit; *l. 4. §. 22. l. 5. l. 15.*



l. 15. ff. de usurpat. & usucap. quo etiam pertinet, quando quis ab usu rerum incorporalium s. jurium, per pignorationem, vel similem prohibitionem depellitur l. 4. §. 27. ff. de usurp. & usuc. Vid. Struv. Ex. 42. t. 27. Coler. de process. execut. P. 1. C. 3. n. 90. 92. Civilis interruptio in specie dicitur interpellatio, quæ vel judicialis est, vel extrajudicialis Struv. d. l. t. 28. Verum, cum Habn. ad Wesenb. L. 41. t. 3. p. m. 522. potius distingvimus inter interruptionem, quæ ante & post Justinianum obtinuit. Verlor sententia ante Justinianum erat, quod usucapio per sententiã, longi temporis præscriptio liti contestatione, longissimã temporis per in Jus vocationem interrumpetur. Vid. Habn. & all ib. leg. Justinianus vero, post reformationem Usucapionum hæc sustulit, constituitq; ut denunciatioe & citatione judiciali, aut si ea haberi nequeat, extrajudiciali testato facta, quælibet præscriptio s. triennii, longi & longissimi temporis vid. Allegata ab Habn. ad Lib. ff. 41. t. 3. in l. 2. C. de annal. exc. N. 119. C. 7. Interdum usucapio ob bellum impeditur; ubi Dd. distingvunt; an Jus fuerit redditum vel non, ita, ut priori, non posteriori casu præscriptionem currere velint, vid. Habn. ad Wesenb. Lib. 41. t. 3. p. m. 521. sed juxta Recess. Imperii de Anno 1654. indistincte tempus belli impedit, in verb. &c. So viel nun die Capitalia anfanget/sollen erst. dieselbe einem jeden Creditori unverfehret/ und ohne einige Abkürzung richtig verbleiben/ und hiewieder keine Präscription oder Verjährung/ wegen der bey wãhrendem Kriege unterlassener Forderung der Zinsen oder Capitals angezogen werden/ noch gelten &c. Deinde Jus hoc in platea paganica potest acquiri per longissimi temporis præscriptionem, distingvimus autem inter illam, quæ cum lapsu temporis qualitatem possessionis attendit, & inter illam, quæ qualitatem possessionis plane non attendit, dum solum temporis lapsum seu potius negligentiam domini, per longissimum tempus rem suam vel Jus aliquod negligentis. Priori casu juris nostri in platea paganica quasi dominium acquiri & actio inde competere potest, quia Jus illud acquisitum persequamur l. 8. §. 1. C. de præscript. 30. l. 40. ann. & requiritur bona fides tantum ab initio d. l. 8. §. 1. sed posteriori casu, hæc longissimi temporis præscriptio est tantum temporalis; non acquisitionem juris alicujus, & actionis; sed tantum propter lapsum temporis & negligentiam alterius, exceptionem tribuens, qua actionem adversus se, etiam a Domino institutam

A 390



entam elidat, vid. *Struv. Exerc. 43. t. 20. imprimis l. 3. C. d. praeser. XXX. vel XL. annorum* in verbis; sed si quæ res; vel jus aliquod possideatur, vel persona qualicumque actione vel persecutione pulsetur, nihilominus erit agenti praescriptio XXX. annorum metuenda, & in *fin. d. l.* verba ita se habent; Post hanc vero temporis definitionem, nulli movendi ulterius facultatem patere, censemus, etiam si se legis ignorantia excusare tentaverit, nam hic non requiritur bona fides, sed loco bonæ fidei est temporis diuturnitas. Quæ sententia *Habn. d. l. p. 520.* in puncto juris Civilis est verior. Et quidem exinde, quia Jus civile in hoc casu nullibi per Jus Canonicum correctum est. De quo enim Jus Civile non loquitur, de eo non potuit corrigi per Jus Canonicum, atqui de mala fide praescriptionem, quæ absque possessione rei alienæ procedunt, in solo temporis lapsu, & in negligentia domini fundatur, nullibi Jus Civile loquitur, ergo nec corrigi potuit per Jus Canonicum nempe per *Cap. fin. X. d. praeseript.* sed hic tantummodo quaritur; an praescribens interpellatus fuerit vel non; per quam interpellationem in mora quidem constitutus; sed non in mala fide. Nam nullibi in jure interpellationi is effectus tribuitur, ut malam fidem inducat, præterquam in possessione rei alienæ *l. 25. §. 7. ff. de hered. petit.* quamvis & bona fides ex cursu longissimi temporis praesumatur; sed ita, nisi is, contra quem praesumptio allegatur, malam fidem probare possit vid. *Carpz. i. R. 33. 40.* Sed an in praescriptione actionum personalium bona fides requiratur, magna est inter Dd. controversia, quam inter alios singulari studio enucleavit *Coccej. in alleg. Disp. Stet. 2.* & decidit, quod bona fides in praescriptione actionum personalium non desideretur: fundamentum sui asserti ponit in hac distinctione, quando inter illum, qui de suo debet, distinguit & inter illum, qui alieno debet. Priori casu neque bonam fidem jure Canonico requiri. E. gr. qui ex mutuo debet de suo debet, hic si a creditore intra 30. annos non interpellatur, praescribit actionem personalem, creditori contra ipsum competentem. Et de Jure Civili *per. l. 3. in fin. C. de praeseript. XXX. vel XL. ann.* bona fides non requiritur, neque Jure Canonico, ratio hæc est, quia omnes textus juris Canonici, qui huc referri possunt, loquuntur de casu, ubi quis de alieno debet, i. e. ubi quis praescribit cum possessione vel detentione rei alienæ. E. gr. depositarius, qui post  
lapsum



lapsam 30. annorum rem depositam restituere debet, non præscri-  
psit hanc personalem actionem, quia fuit detentor rei alienæ, & de  
alieno debuit. Et in his præscriptionibus longissimi temporis, qui-  
bus detentio rei alienæ conjuncta est, meminit & lex civilis malæ &  
bonæ fidei, & hanc quoad actionis effectum in l. 8. §. 1. C. de præ-  
script. XXX. vel XL. annor. requirit, multo magis Jure Canonico bona  
fides hic adesse debet. Evolvamus modo C. 4. 17. 19. ult. X. de præ-  
script. C. 1. de præscript. in 6to. inveniemus, quod possessores & de-  
tentores rei alienæ, ob defectum bonæ fidei nullatenus præscribere  
possunt. Qui iidem textus Juris Canonici priorem nostram hypo-  
thesin probant, quod sc. in præscriptione longissimi temporis, quæ  
ex solo temporis lapsu sine ulla possessione vel detentione rei alienæ  
procedit, i. e. in casu ubi aliquis de suo debet, nec quicquam alieni  
vel quod actoris est, possidet, Jure Canonico bona fides non requi-  
ratur. Videmus enim illos, qui contrarium docent, semper recurrere  
ad allegatos textus Juris Canonici. Hi autem penitius considerati  
omnes illos casus prætendant, ubi possessores vel detentores rei  
alienæ ob malam fidem non præscribunt; sed minime ibi docetur,  
quod, qui absque possessione vel detentione rei alienæ præscribunt,  
bonam fidem habere debeant; Neque post interpellationem bona  
fides jure Canonico in hac præscriptione requiritur, quia, licet inter-  
pellatio reum in mora constituat, non tamen sufficit, nisi creditor  
data occasione insistat, l. 32. §. 1. ff. de usur. Vid. Coccej. in alleg.  
Disp. §. 12. Sed supra dixi, quod, qui de suo, utpote ex mutuo debet,  
nihil alieni possideat; cui ob stare videtur, quod habet Carpz. L. I.  
R. 33. n. 10. 11. quando illum, qui obligatione personali obligatus  
est, dicit possessorem juris: cui dubio & Coccej. in alleg. Disput.  
pag. 23. Nam creditor ex mutuo habet tantum actionem persona-  
lem, quam non tenet debitor, sed ea tota est in potestate credito-  
ris. Tandem concludit in alleg. Disp. Coccej. p. 29. & praxi forensi  
hanc sententiam obtinere, quod in præscriptione actionum persona-  
lium, in casu, ubi quis de suo debet, bona fides jure Canonico non  
requiratur. Quem in finem addoxit Petrum de Ferrariis Joh.  
Paponium, Paul. de Castro & alios. Nec obstant, quæ habet Gail. 2.  
Obs. l. 8. n. 6. quia loquitur de creditore, qui pignus possidet, & sic  
de casu, ubi quis de alieno debet; neque obstant, quæ profert. Myns. 4.

A 390



O. 6. qui & ipse expresse de eo agit, qui conscientiam rei alienæ habet. Neque *Cothmanni Consl. 63. Vol. 7.* quicquam in contrarium facit, quia hoc consilium de casu depositi conceptum est, adeoque de rei alienæ detentore, sed, vid. *D. Menkenii, Disput. Anno 1692. habitam, ubi Cothmannum & alios, qui bonam fidem in action. personal. requirunt, refutat.* Ultimo quoque observandum est, quod Jus hoc in platea paganica possit acquiri per immemorabilem præscriptionem, in qua tantum rem vel Jus esse neglectum tanto tempore, cujus initii memoria non exstat, dicimus. Vid. *Struv. Exercer. 43. Lib. 41 tit. 3. rh. 23. & ibidem alleg. l. 23. cum avib. seq. C. de SS. Ecclef. & Cap. 1. d. præf. in 6to.* Sub qua immemorabili centenaria quoque comprehenditur. Tempus enim centum annorum civiliter est infinitum, quia hominis memoriam excedit *l. 56. ff. de usuf.* sed notoria mala fides & improbitas manifesta alleganti præscriptionem immemorabilem resistit per *Cap. 7. de privil. in 6to. C. 15. d. præf. in 6to.*

§. 10.

Postquam Jus hoc in platea paganica dominis, vel etiam prædicto modo rusticis quibusdam certi alicujus pagi competit, ab iisque julle probari potest, vel quando aliis hoc prætensum Jus concedere nolunt, denegare ipsis requimus *utilem vel confessoriam, vel negatoriam actionem*; siquidem hæ actiones utiles dentur ferme ad quæcunque Jura vel vindicanda, vel neganda. Dividimus autem hæ actiones, sc. *confessoriam & negatoriam in directam & utilem.* *Directa actio Confessoria est actio in rem civilis, que datur illi, qui sibi vel prædico suo servitutem constitutam esse asserit, adversus quemcumq; possessorem vel impedientem, ad declarationem istius securitatis, liberumq; ejus usum, præstita eo nomine cautione, & refuso interesse l. 2. §. 1. l. 6 §. 3. & l. 7. ff. si servit. vindicetur. Actio negatoria directa est, qua datur illi, qui servitutem alteri in prædico suo deberi negat adversus illum, qui eandem sibi competere prætendit, ad id, ut prædium illud a servitute liberum declaretur, & reo ulterior turbatio interdicitur. præstita & hic ut in priori actione, cautione & refuso interesse l. 2. pr. l. 4. §. 2. l. 7. ff. si servit. vindic. l. 5. ff. si usufr. petat. Vid. Harpr. ad Instit. pag. 673. 674. Hæ directæ actiones, pessimum quidem agunt de servitutibus vindicandis vel negandis vid. *Da. ad tit. si servit. vindic. Libr. 8. tit. 5.* sed quatenus utiles sunt, ad asserenda & vindicanda alia Jura incorporalia.*



potalia. Vid. Struv. Exerc. 13. 16. 52. Compend. Lauterbach. p. 11. 227.  
 Et alios ad t. 5. Lib. 8. ff. arum. Quando autem utilis confessoria actio  
 ratione hujus Juris in platea paganica instituitur, tunc requiritur, ut  
 agenti Jus jam constitutum sit, quod et deinde probandum est; Quem-  
 admodum in directa confessoria actione servitus constituta ut fun-  
 damentum hujus actionis probari debet, sive petitor sit in quasi pos-  
 sessione, sive non. Nec obstat, quod possessor ab onere probandi  
 sit immunis §. 4. Instit. de interd. l. fin. C. d. R. V. Nam responde-  
 mus, quod hoc ita sit, nisi presumatur contra possessorem, uti hoc  
 casu, ubi platea paganica ab isto Jure contra prætentem et jam  
 possidentem, a prima origine et in progressu presumitur libera. Vid.  
 Paocan. de probat. Lib. 2. Cap. 20. num. 7. seqq. Datur autem hæc  
 actio contra quemcumque impediendum l. 10. §. 1. ff. si servit. vin-  
 dicetur l. 5. §. 1. ff. si usufr. per. sive ipse impediens concesserit hoc  
 Jus sive alius. Et quidem hoc casu, cum alius impedit, quam quæ  
 constituit, maxime necessaria est hæc actio, quia adversus conce-  
 dentem multa alia Juris remedia supersunt Oldendorp. Class. 3. abt. 4.  
 num. 3. quinimo adversus eum quoque detur hæc actio, qui jam  
 quidem non impedit; sed metuitur, ne impediatur per. l. 15. ff. de Oper. nov.  
 nunc. Vid. Colleg. Argent. lib. 8. t. 5. p. 567. sed quia impedimentum  
 alleganti incumbit onus probandi l. 1. 9. §. 1. ff. de probat. l. 14. ff. de  
 re milit. l. 2. §. 6. ff. si quis caut. C. l. 2. C. quibus ex causis major. Itaque  
 et ille, qui instituit hanc utilem confessoriam actionem contra impe-  
 dientem illud impedimentum probare debet. Datur porro hæc utili-  
 lis confessoria actio ad declarationem Juris nostri in platea paganica; vel  
 liberum ejus usum, præstita autem ob hæc tenus impediende, cautione  
 de non amplius impediendo vel per se vel per successores et refuso  
 interesse arg. l. 6. §. 3. C. l. 7. ff. si servit. vin. Sed cautionem hanc  
 ex officio Judex a Reo exigere tenetur. Vid. Struv. Ex. 13. Lib. 8. tit. 5.  
 Præstat autem cautio eum in finem, ne quis in Jure sibi in platea paga-  
 nica competenti, amplius turbetur, hinc idonea esse debet, et ut hanc  
 idoneitatem exactius rimemur distinguitur inter cautionem fidejusso-  
 riam, pignoratitiam et juratoriam. Quod autem tam pignoratia,  
 quam fidejussoria cautio pro idoneis habeantur, legimus apud B. Dn.  
 Med. P. 6. d. 57. p. 2. d. 256. Et de pignoratitia adhuc notandum,  
 quod, licet per l. 15. ff. quis satisd. coguntur ille qui bona immobilia  
 jure

A 390





jure domini directi vel utilis possidet, ad satisfaciendum non compellatur nihilominus talium bonorum oppignoratio requiratur, quia sola bonorum possessio a cautione non liberabit. *Mev. P. 8. d. 332. n. 4.* De juratoria dicendum, quod saltem *subsidiaria* sit, deficiente sc. vel fidejussoria vel pignoratitia cautione; quamvis *regulariter* solis illustribus personis concessa sit. *l. 17. C. de dignis.* Quicumq; igitur juraverit, se credere, quod non reperitur sit fidejussorem, ille sub hac cautione erit admittendus. *Nov. 112. Cap. 2. Nov. 114.* Deinde & id, quod interest, venit in hanc utilem confessoriam actionem *l. 4. §. 2. l. 6. §. 6. l. 18. ff. si serv. vind.* Et solidam interesse in hanc actionem eo modo venit, ut, siquidem unus ex pluribus, qui prætendunt Jus in platea paganica hanc actionem instituat, & condemnatio fiat in affirmationem, is id tantum, quod sua interest, consequatur, *arg. l. 4. §. 3. ff. si serv. vind.* sin actio hæc contra plures impediens instituat, unus ex pluribus in solidum damnatur *arg. l. 4. §. 4. ff. si serv. vind.* etiam in solidam affirmationem *l. 2. §. 2. ff. d. V. O.* quia in solidam actoris interest vid. *Collig. Argent. Lib. 8. tit. 3. p. 568.* Quod autem *negatoriam* attinet actionem, illam instituunt, qui Jus illud in platea paganica, vel in parte ejusdem, in primis e regione suorum prædiorum aleri competere negant, & ut ulterior turbatio Reo interdicitur, is autem proprie turbari dicitur, qui non potest re sua libere uti *l. u. ff. d. vi & vi. armat.* Qualis turbatio non committitur verbis; sed facto. Est enim actus facti *Jason & Dd. in l. si prius ff. de nov. oper. nunc.* ubi autem facto opus est, verba non sufficiunt *l. 13. §. 8. ff. de action. empt. l. 4. §. ult. ff. d. pecul.* qua de causa, qui minatur tantum turbationem, nec ultra verba progreditur, potius actione injuriar. quam de vi tenetur. *C. 34. X. d. Elect. l. 13. §. ult. ff. d. injur. l. qui pondentem §. 25. d. ali. empt. Wifemb. 1. Conf. 33. v. 24.* Ceterum, quæ de cautione supra dicta sunt, hic quoq; dicta esse volumus, cum & in hac actione cautio idonea a Reo præstanda sit, ne amplius turbet; quin imo & interesse refundere debet. *Illud autem singulare est in hac actione, quod actor non probet, sed Reus excipiendo affirmans, Jus sibi deberi, illud probare, tenetur;* modo tamen actor maneat in terminis negatorior actionis, scilicet; si forte in libello asserat, Reum hoc Jure in platea paganica *vi, clamant precario usum fuisse,* sic enim, quia in novis qualitatibus se fundata easdem probare tenetur. Vid. *Carpz. Lib. 1.*



R. 67. § 68. § p. 2. C. 41. *defin. 18. Richter. Dec. 18. n. 63.* Tandem de his actionibus notandum est ex *Oldendorpio, p. m. 295.* si confessoria agentem volueris jure per exceptionem repellere, ad eunda tibi est materia negatoria; sin adversus intendentem negatoriam volueris te defendere, adhibebis in consilium materiam confessoria.

§. 11.

Tandem, si quis in quasi possessione prædicti Juris, quod præten-  
ditur in platea paganica, turbatus fuerit, competit huic *utile interd-*  
*ictum uti possidetis*, quod datur ad quasi possessior e rerum incorpora-  
lium retinendam *l. fin. ff. uti possid. l. fin. ff. d. serv. l. 8. §. 4. ff. si servit.*  
*vid. Carpz. p. 2. c. 7. d. 11. Besoldus p. 6. Conf. 274. vid. Comp. Lauterb.*  
*L. 43. t. 17. p. m. 952.* ut autem hoc remedium possessorium de reti-  
nenda possessione vel vera; vel quasi, eo melius capiamus, & eo distin-  
ctius de eodem differamus, sciendum est, quod duplex sit, *summarium*  
*& plenarium.* Summarium, quod etiam *summarissimum* retinendæ  
dicitur, est, quando *Judex nulla mora interposita, cognoscit, uter ex con-*  
*tendentibus sit in possessione, donec de possessione ipsa cognoscatur plenius.*  
Aliud enim est in possessione esse, aliud est possessorem esse *l. 10. §. 1.*  
*ff. d. aq. vel. amitt. possess. vid. Vultej. d. Judic. L. 1. c. 2. p. m. 22. n. 37.*  
*Plenarium possessorium retinendæ est, in quo de possessione disceptatur ple-*  
*nius, ordine judiciorum plene observato. Baldus in l. ordin. n. 9. C. d. R. V.*  
qua de causa & possessorium ordinariū dicitur, *Vid. Vultej. d. l. Inter-*  
*dictum possessorio retinendæ possessionis agitur* *Jctus litis ordinandæ*  
causa eo casu non est in arbitrio actoris, possessorio omisso ex petitorio  
agere; sed quando agitur ex voluntate & arbitrio actoris ipsius com-  
modi causa, possessorio instituto omisso, petitorium institui potest per  
*text. l. 18. §. fin. ff. de vi arm. & in l. 12. §. commune ff. de acquir. vel*  
*omitt. possess.* Quam mutationem *Vultej. d. l. p. m. 24. n. 42.* admittit  
*lite nondum contestata. At post litis contestationem nisi adversarius con-*  
*sentiat, id vix fieri posse existimat, quis per litis contestationem quasi*  
*contrahitur l. 3. ff. de pecul. unde altera parte invita, cui ex eo Jus*  
*quæsitum est, recedere non licet.* Quicunq; igitur in quasi posses-  
sione sui Juris in platea paganica turbatur, remedium hoc possesso-  
rium retinendæ possessionis, sc. *utile interdictum uti possidetis*, vel in  
summario, vel plenario Judicio contra turbantem institui potest.  
Sed, de cumulatione hujus possessorii remedii retinendæ possessionis  
cum petitorio, dubitatur. Cujus tamen dubii resolutio potissimum  
dependet ab illa quæstione, *An possessorium cum petitorio principaliter*

D

ENUB-



cumulari possit? quod exinde affirmatur, quia non tantum privato-  
rum, sed & Reipubl. interest, ut lites quantum ejus fieri potest, bre-  
vissimo temporis spatio terminentur; hunc vero finem & litigantes,  
& ipsum Judicem asssequi possessorio & petitorio simul cumulo; vid.  
*Fulcej. de Judic. Lib. 1. Cap. 2. n. 50. p. m. 25.* quamvis Jure civili hæc  
cumulatio non constituta, vid. l. 3. C. de Interd. l. 13. C. de R. V. l. 3.  
C. fin. reg. Francke Exercit. 14. ad Inst. qv. r. § 2. sed Jure Canon. in C.  
pastoralis, & C. cum dilectus X. de causa possess. & propriet. ex quibus  
textibus interpretes nostri hanc sententiã possessorii & petitorii cumu-  
landi hauserunt, postea in foro receptam, ita, ut non actor tantum in  
libello cumulare utrumq; sed Judex etiam de utroque pronunciare  
possit, vid. *Fulcej. d. l. Ita q; quando Juris Doctores* possessoria acqvi-  
rendæ & recuperandæ possessionis non cumulari posse, contendunt,  
loquuntur tantummodo de Jure Civili vid. *Hahn. ad Wesemb. Lib.*  
*43. t. 1. p. m. 579.* Et licet aliqui hanc cumulationem quoq; cum reme-  
dio retinendæ possessionis concedant, alii tamen in contrarium ni-  
tuntur, vid. *Colleg. Argent. L. 43. t. 1. p. 3. p. m. 31.* imprimis ex hac  
ratione, quod possessorium retinendæ possessionis, in quo adversarius  
possessor esse negatur, contrarium sit petitorio, in quo adversarius  
possessor esse affirmatur vid. *Hahn. ad Wesemb. d. l. ubi neq; Jure Civili*  
*neque Jure Canon. cumulationem petitorii cum possessorio retinendæ*  
*possessionis approbat.*

§. 12.

Ultimo notandum, quod Principi integrum sit, quovis tempore  
*utilitatis publicæ causâ* viam hætenus tritam omittere, aliam q; novam  
per agros subditorū & ita etiam *per plateam paganicam* constituere,  
sic tamen, ut illis refarciatur damnum, quod inde inferitur. Est enim  
utilitas publicæ tantæ favoris & momenti, ut privatum facile superet,  
& hæc illi cedere teneatur, ita, ut & dominium rerum privatarum  
aufersi & Jus alteri jam quæsitum utilitatis publicæ causâ tolli posse,  
communi Ddorum calculo comprobatum sit. Vid. *Barbos. axiomata*  
*pag. m. 416. ubi allegavit Treuil. Disp. 1. 1b. 5. Vol. 1. Fachin. 8. Cont.*  
*63. Mynsing. 5. Obs. 97. n. 4. Reinking. d. R. S. & Eclesi. Lib. 1. Diff. 3.*  
*Cap. 12. num. 62.* hæc hypothesis etiam a Grotio defenditur, *Libr. 2.*  
*Cap. 14. §. 7.* ubi dicitur, quod subditis Jus etiam quæsitum aufetri  
possit per Regē duplici modo, *aut in pœnam; aut ex vi supereminentiæ*  
*dominii,* sed ut id fiat ex supereminenti dominio, requiri (1) *utilitatem*  
*publicam,* (2) *ut, si fieri possit, ei compensatio ex communi fiat, qui suam*  
*amisit, Domini supereminentiæ non tam rem, quam vocabulum aliqui*  
*damnant*



damnant. Hinc dicunt, ambitiosum esse illud vocabulum, quo mali Principes abuti possunt ad disponendas subditorum facultates. Verum, uti super vocabulis litigare, supervacuum est, ita particulam summi imperii, qua certo sese modo circa certam rem exserit, peculiari nomine insigniri, non præter rationem est. Vid. notas Beckm. ad Grot. dict. loc. ubi & allegat. Pufend. Libr. 8. §. 7. Hoc dominium supereminens apud Grot. Libr. 1. Cap. 1. §. 6. dicitur eminentis facultas, utpote communitati competens in partes & res partium boni communis causa; sic in res singularum majus est dominium Regis, ad bonum commune, quam dominiorum singularium; sic Reipubl. quisque magis ad usus publicos obligatur, quam creditori. Quando autem in prædictis facultatem hanc eminentem boni communis causa competere, statuitur; tunc per illud bonum commune non intelligimus quamvis utilitatem publicam, sed quæ exvilitiori loquendi modo ad necessitatis imperiosas rationes adstringitur. Nec habetur pro causa & ratione hujus facultatis vel domini eminentis hæc publica necessitas; sed tantum se habet per modum causæ impelleentis ad illud exercitium; dicimusque, quod facultas, sive dominium eminentis fundetur in ipsa Majestate; sive Dei vicariatu in his terris. Quemadmodum enim DEUS reliquit homini dominium in suas res, retento dominio eminenti; ita Rex, ut vicarius DEI in his terris, habet facultatem disponendi de bonis subditorum. Quod ipsum evincit, tum Imperium in personam; qui enim habet potestatem in vitam & sanguinem subditi, ille multo magis in bona; tum Jus Regium in scriptura fundatissimum, de quo 1. Sam. IX. 20. Vid. notas Beckm. ad Grot. d. l. p. m. 62. Et illa eminentis facultas; sive dominiū competit in partes & res partium; sed civium dominium semper intelligitur cum exceptione domini eminentis; quam exceptionem in ordine ad finem civitatis, certo rerum statu omnibus in partem civitatis venientibus publica & summa ratio dicitur. Neq; ita metuendum est, ne privata domini supereminenti dominio prorsus absorbeantur, quæ satis subsistunt, suumque Jus tuentur, etiam si Juri supremo aliquando certos intra limites cedere jubeantur. Vid. not. Beckm. ad Grot. d. l. p. m. 61. Imprimis autem illis, quibus ita vi eminentis domini ob utilitatem publicam Jus quæsitum oblatum, prospiciendum est de compensatione. Equissimum enim est, commune detrimentum fieri eorum, qui præter amissas res aliorum consecuti sunt, ut res suas salvas habeant l. 1. l. 2. ff. ad L. Rhod. de jact. sed illa compensatio non fit in gradu plenissimo. Nam potestas in bona privatorum est verum dominium:  
hinc




hinc concludimus, Principem ad justı pretii solutionem non teneri. Aliud enim si asseras, dominium evertetur, quod adeo strictam compensationem ignorat. Vid. Job. Frider. Horn. politic. pars architecton. &c. &c. §. 20. Ubi allegavit incomparabilem Conringium in opere, de finibus Imper. Cap. 19. pag. 351. in his verbis: utique in omni societate, etiam maxime civili, quilibet salutı publicae est obstrictus & re & corpore. Sarcit quidem acceptum damnum Resp. si potest; at magis in praeium, quam ex debito: itaque si non potest, necessum est, ut pars quaeque ferat, quod mutare non potest, ob reliqui corporis salutem. Et quod dominium eminentis verum dominium sit, sc. potestas perfecte de re corporali disponendi (nam usitatio illa definitio, qua statuitur Jus disponendi dere, quatenus lege non prohibetur dominus est angustior, & dominium sub Republ. constitutum explicat) fuit (1) ex ipsa Principis Majestate sc. ipsa privatorum dispositione posita est. Majestatis dispositio in civitate. Nam, ut possit subditus talem in modum de rebus suis disponere, id omne proficiscitur ab Imperantis dispositione (2) ex Jure praelationis, quod habet Princeps praesuis subditis in Jure disponendi de rebus privatis. Itaque, ut per usucapionem alteri dominium eripiat, alteri adjiciatur, procedit ab illa Imperantis proprietate disponendi. Nam major potestas disponendi in his talibus minorem absorbet. Vid. Horn. d. l. §. 9. Nec minus ab incomparabili Baclero in sua disquis. d. dom. emin. Illud dicitur verissimum dominium in verbis &c. simul illud intelligi datur, in Jure supereminentis domini, non quamvis & communem ordinationem summa potestatis animadverti; sed exerceri actus veris summo dominio debitos. Nec minus hoc eminentis dominium ut verius confirmant sacrae literae; locus 1. Sam. VIII. 10. & seqq. jam supra est allegatus docet, qui Majestatem compendiose declarat, & post imperium in personas, dominium quoque in res exponit. Nec obstat, quod quidam allegatum sacrae scripturae locum pro tyrannica potestate explacent; respondeamus, quia Israelitae non Tyrannum, sed Regem petebant; Regem quoque se daturum, pollicetur DELUS, & Regium Jus proponebat; nec Israelitae movebantur ingenti Regis futuri potestate in capita & fortunas; quod indicio fuit, nil nisi Regnum a DEO fuisse praedictum & constitutum; Sed, praeter intentionem de hac domini eminentis materia differui. Id tantummodo pro nostro scopo ex praedictis tradimus, posse & Principem vi domini eminentis ob utilitatem publicam; etiam per plateam paganicam viam hactenus tritam, sed omisam constituere.

•••(•)•••











Greifwald, Bissen 1702/05

ULB Halle

3

004 564 162




TA → Öl

mit 7 + 7 Stück verknüpft und  
f









B.I.G.

Farbkarte #13

S. J. P. 1702, 9a

De

**PLATEA**

**ANICA,**

ulgo

n **Berechtigt** /

em **Carolinarum**

Maji 1702.

**ÆSIDIO**

**S SCHACK,**

& Confistor. Regii

foris,

DEFENDET

**HELM Reichel /**

Pomeranus.

---

SWALDIA,

IN **JAMINIS** Starckens /

TYPOGRAPHI.

223  
10

3/2

A 3 50

